

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Vincentii Chartarii imagines deorum ... qui ab antiquis  
conlebantur**

**Cartari, Vincenzo**

**Moguntiae, 1687**

Pluto

[urn:nbn:de:bsz:31-341151](#)

Infitor hic solvit pomosa vota corona,  
 Cum pyrus invito stipitemala tulit.  
 Mendax fama nocet: alius mibi nominis index:  
 De senarranti, tu modo crede Deo.  
 Opportuna mea est cunctis natura figuris:  
 In quamcumque voles, verte: decorus ero.  
 Indue me Cois, siam non dura puella.  
 Meque virum, sumpta quis neget esse toga?  
 Da falcem, & torto frontem mihi comprime fano:  
 Jurabis, nostra grama secta manu.  
 Arma tuli quondam; &, memini, laudabar in illis:  
 Corbis & imposito pondere, messor eram.  
 Sobrius ad lites: at cum est imposta corona,  
 Clamabis, capii: vina subisse meo.  
 Cinge caput mitra: speciem surabor Iacchi:  
 Furabor Phœbi. si modo plectradabis.  
 Cassibus impositis, venor, sed arundine sumpta,  
 Faunus plomo sum Deus aucupio.  
 Et etiam aurige species Vertumnus, & ejus,  
 Trajicit alterno qui leve pondus equo.  
 Suppetat: hoc pisces calamo prædabor; & ibo  
 Mundus, demissis institor in tuniciis.  
 Pastorem ad baculum possum curare, vel idem  
 Sirpiculis medio pulvere ferrerosam.  
 Nam quid ego adjiciam, de quo mibi maxima fama est,  
 Hortorum in manibus dona probata meis?  
 Carulens cucumis, tumidoque cucurbita ventre  
 Menorat, & junco brassica vineta levi.  
 Nec flos nullus hiat pratis, quin ille decenter  
 Impositus fronti laugheat ante mea.  
 At mihi, quod formas unius vertebar in omnes,  
 Nomen ab eventu patria lingua dedit.

## PLUTO.

**L**ICE T in ditionis divisione, alii Saturni filiorum cali regnum obtigerit, alii aquarum, alii inferorum, prout fabulis fertur: quod si rei veritatem spectare velimus, innuit, Jovi sorte orientis partes, Plutoni Occidentis, Neptuno vero maris insulas obvenisse. Sed tamen eorum quemlibet passim suum imperium exercere, interdum videamus; nam Neptunus apud Virgilium lib. I. Aeneid. ventis minatur, quod sine ejus permisso, cœlum, terraf-

## DEORUM QUI AB ANTIQ.

rafque turbare ausi fuissent. Jupiter nonnumqnam inferorum res adminis-  
trat : nec non & Pluto in celum suum jus extendit. Itaque Jovem dicunt  
fulmen triplici cuspidi præditum , Neptunum tridentem . Plutonem canem  
tricorpem habere. Quamobrem cum Plutonis imaginem describemus , mi-  
rum videri nemini debebit , si cum interdum parem Soli potestate statuerimus ,  
& aliquando terræ. Sed tamen tunc etiam inferorum Deus est intelligendus ,  
utpote qui præcipuum ibi potestatem exerceat , imperiumque in animas cor-  
poreis vinculis exsolutas habeat. Hic , ut quilibet juxta promerita justas pœ-  
nas aut præmia consequatur , tres æquissimos judices habere singitur , qui in-  
ferorum judicio præsint , quorum unus dicitur esse Æacus , alter Minos , ter-  
tius Rhadamanthus: de quibus , antequam ad Plutonem veniam , aliquid ex  
Platone dicam ; nam id cum in primis cognitu jucundum videtur , ac mul-  
tum facere ad intelligendum , quo pacto eorum imagines sint exprimenda ;  
Plato habet ; Saturni tempore lex erat , quæ etiamnum apud Deos viget , vi-  
guitque semper , ut scilicet ii , qui vitam cum justitia transegissent , post  
mortem ad beatorum insulas proficerentur ; contraque qui nequam , ac  
flagitiose vixissent , morientes eo abducerentur , ubi pœnas suorum scele-  
rum fuerent. Sed Saturno regnante , & in primordiis regni Jovis adhuc vi-  
vi , postremo videlicet vita die homines etiam à vivis judicibus judicaban-  
tur : quo siebat , ut multi non pro vita meritis judicium ferrent. Quod  
ubi Jupiter ex Plutone rescivisset , ex eisque qui beatorum insulis preside-  
rent , multos scilicet illuc destinari , qui cum locum nullis promeritis sibi  
comparassent ; se huic ordinis perturbationi obviam ituruna inquit , cuius  
causam in id referebat , quod homines ante mortem judicarentur , dum  
mortali adhuc corpore circumdarentur , multique eos circumstarent , qui  
bene , maleve de ipsis sentirent. Itaque plurimos animos sceleribus cooper-  
prædi ; suam enim perversitatem corporis pulcritudine , familie nobilita-  
te , divitiarumque copia tegere ; nec testibus destitui , qui asserant , se vi-  
tam , omni culpa carentem duxisse. Itaque judices , corpore impeditos ,  
quod veluti velum est animo objectum , quominus verum cernere possint ,  
tot rebus deceptos , ac tantam bonitatem admirantes , non posse eos non o-  
mnibus bonis dignissimos judicare. Quare illud in primis facto opus esse , ne  
homines , quando ex hac vita sint migraturi , præsentiant : cuius rei Promos-  
theo fuit demandata provincia. Deinde , ut cunctis rebus corporeis exfusi  
judicibus se fstant , qui & corpore careant ; ita ut animis tantum animos nu-  
dos & apertos cernant ; atque ita facile justum judicium futurum. Quam-  
obrem decrevi , inquit , ut ex meis filiis duo Asia oriundi , Minos scilicet , &  
Rhadamanthus , uniusque Europa , Æacus vocatus , cum ex hac vita mi-

Inferorum  
judices.

Judices cur-  
fallantur.

Jovis dereve-  
runt de uni-  
mis judicandi-  
die.

gra-

grarint, ad quoddam pratum profiscantur (quod Veritatis ager appellatur) ibique ubi duæ viæ se dividunt, altera ad beatorum insulas, altera ad inferorum loca tendens, animorum, qui è corporibus recesserint, iudicia exerceant. Asiaticis iudicandis præcerit Rhadamanthus, Æacus iis, qui ex Europa advenerint; sive quid dubii inciderit, Minos cognoscet; ut sine ulla fraude quisque ad eum locum destinetur, qui meritis conveniat. Hoc fuit Jovis decretum, ut hominum animi juste judicarentur. Itaque Rhadamanthus, atque Æacus, cum judicant, virgam manu tenent; Minos seorsim sedet, singulorum causas secum dispicit, auratum Sceptrum, ipse quoque gestans, ita enim Ulysses apud Homerum resert, se cum vidisse, cum mortuis jus dicit. Judicandi animi omnium affectuum signa, quibus tenentur, præ se ferunt; itemque quidquid unquam gesserint, dum adhuc corpore coercerentur, facile in eis argumenta deprehenduntur. Quare cum se coram judicibus statuunt, nequam interrogantur, quinam olim fuerint; judices enim, iis tantum compertis, quæ dum adhuc intermortales versarentur, perpetrarint, eos ad commerita loca alegant. Hic Plato explicat, quinam animi ad inferorum carceres destinentur, & qui ad beatorum sedes mittantur. Sed nos contenti trium horum judicium effigiem designasse, ad alia transibimus. Dantes Algerius Minoi videtur formam bellum tribuisse; ita enim in Pœmate de Inferno dicit;

*Cernere erat tetro aspectu Minoa sedentem  
Horribili ritu larvante, ac torva tuentem  
Quasitor sevis vitasque, ac crimina discit;  
Atque alias aliis pœnas decernit; & umbras  
Pallentes audet, tentat, subigitque fateri,  
Qua quis apud superos commisit crimina: quorum  
Pro meritis pœnas taxat, numerisque, locumque,  
Tot caude corpus spiris immane revincens,  
Pœnarum gradibus quod vult torqueret ipsas.*

Aliqui in ea sunt sententia, ut putent, Minoem scelerum conscientiam significare, qua assidue, qui sibi facinorum est conscius, se ipsum vexat, accusat, supplicium ob oculos statuit, torquet, exagitat. Sed nunc ad Plutonem revertamur, qui etiam divitiarum Deus est habitus, πρότος enim Græcè divitias significat. Per eum autem terra intelligitur unde tot opes hauriuntur. Itaque Latini cum Ditem ad divitias innuendas, appellandum duxerunt. Hunc manium Deum putarunt, quod is scilicet funebres pompas invenerit, ac iusta, quæ mortuis persolvimus. Sed haec missa faciamus, & ejus effigiem, à Poëtis adumbratam, describamus. Apud inferos is tamquam rex in solio sedet; ita enim eum Claudianus Lib. 1. de Raptu Proserp. designat, cum resert eum Mercurium ad Jovem, uxorem sibi petitus misisse.

*Minos quid significet.*

Q

Ipse

## DE ORUM QUI AB ANTIQ.

*Ipsius rufus folio, nigraque verendum.*

*Ad agrestem sedem: squalent immania fædo*

*Sceptra situr.*

Martianus Capella regiam coronam ei tribuit, eum eum una cum Neptuno fratre describit, ita dicens: Pluto lucifuga in umbratione pallens, in capite coronam ex hebeno, tartareæ noctis obscuritate ferrugine. Sceptrum, quod manu gerit, eum regem monstrat; id est parvum; nam inferioris hujus orbis regnum repræsentat; ita Porphyrius hoc explicat, quemadmodum Eusebius refert; subque Plutonis nomine Solem intelligit; qui ideo inferorum Deus dicitur, quod hieme parum se nobis ostendat, sed maximam temporis partem degat cum Antipodibus, quos in inferiori orbe habitare, dicimus: cum tamen illi se nobis superiores arbitrentur, ut Servius ex Tiberiano refert, qui ait, olim à vento ab Antipodibus litteras ad nos allatas, cuius id erat initium; Nos superi vos inferos salutamus. Aristoteles etiam rationibus conatur ostendere, nos revera inferos esse. Sed hoc non multum ad rem; illuc hinc intelligamus, Plutonem, si pro Sole capiatur; sub terris degere creditum, cum nostrum hunc orbem non collustrat. Is idcirco Proserpinam, a se raptam retinere dicitur, quæ seminis vini exprimit; quia hic mis tempore, cum Sol à nobis longius recessit, semen intra terræ viscera conclusum latitat. Galeam Pluto gestat, ut Homerus, Plato, atque Hyginus dicunt. Solis enim verticem nequimus intueti. Itaque secundum fabulas, quicumque galeam sibi Plutonis, aut Orci induisset (utroque enim nomine idem appellatur) mortalium oculis cerni non poterat, cum tamen ipse alios cerneret: quam Perseum gestasse fabulantur, cum Medusa caput abscedidit, hocque præsidio fretum, ab ejus sororum impetu sese sartum, teatum præstasse. Hanc Minervæ beneficio obtinuisse ferunt, quæ etiam apud Homérum hujusmodi galeam sibi aptasse fingunt, ne à Marte contra Trojanos pugnans deprehendi posset. Cerberus ei ad pedes jacet, quemadmodum Fulgentius scribit, qui Plutonem terræ præsidem, ac custodem appellat, eumdemque obscuris tenebris circumdatum, sceptrumque manu tenentem describit; hæc eo referuntur, ut intelligamus, tria semini opus esse, ut ad fructus perveniat, primum scilicet, ut humi spargatur; deinde ut terra tegatur, poslremo, ut sub ea lauitans germinet. Pindarus Plutonem facit, manu virgam tenentem, hacque animas ad inferos cum dicit perducere. Nonnulli ei clavem in manus tradunt, qua sui regni fores claudat, ne videlicet animæ ibi conclusæ, aliquando elabantur. Quare apud Pausaniam legitur, in quodam Junonis templo, quod alicubi in Græcia erat, tabulam quamdam exstississe, in qua inter alia multa, incisus erat Pluto cum Proserpina, duabusque Nymphis, quarum una manu pilam, altera clavem continebat; hujus rei hanc rationem affert, quod clavis,

*Plutonis  
color.*


*Corona Sce-  
ptrum.*

*Pluto pro se-  
le capitum.*

*Proserpina.*

*Clavis in  
Plutonismate-  
nu.*





## COLEBANTUR IMAGINES.

123

felicit sit Plutonis insigne ; cum is inferna loca ita conclusa teneat , ut nemo inde possit elabi . Ex quo locus fabula est datus , Cerberum ad inferni portas excubare , ut eos perterrefaciat , qui fugam moliantur : quem ita Secula in Hercule furente describit .

*Hic sevus umbras territat Stygius canis ,  
Qui terna vasto capta concutiens sono ,  
Regnum tuetur , sordidum rabo caput  
Lambunt colubri ; viperis horrent jube ,  
Longusque torta sibilat cauda draco .*

Ita etiam eum Apollodotus lib. II. Bibliotheca describit ; nisi quod addit eum in dotso serpentum omnium capita habuisse . Dantes quoque in libro de Inferno sic ejus imaginem designat ;

*Cerberus umbrarum latratu regna trifans  
Personat , atque animas multa formidine compleat .  
Truces illi oculi ; barba est implexa colubris ;  
Immanis venter ; nec non ferus unguibus uncis  
Dilaniatque , voratque animas , mandatque , rapitque .*

Hesiodus ei centum capita tribuit ; eumque Plutonis ostiarium appellavit , *Imago ad 2* eisque blandiri , qui infera loca ingrederentur , sed qui egredi studearent , continuo ab illo corripi atque devorari dixit : quod quidem ejus nominis congruit ; nam Cerberus quasi *κέρβερος* , hoc est carnem vorans dicitur . Atque ideo aliqui per eum terram significari dixerunt , quæ cadavera vorat , atque conficit . Huic similis erat quidam Eurynomus , de quo ex Delphicis interpretibus Pausanias libro postremo scribit , ipsum inferorum fuisse demonem qui mortuorum carnes absumeret , ita , ut ossa solummodo relinquenteruntur : colore erat inter cœruleum & nigrum medio , quales Musæ esse solent , quæ carnis insederint : dentes ostentabat ; vulturis erat substrata pellis . Quidam censerunt , cerberum nostrum hoc corpus referre : sicut enim ille infernum adeuntibus se mitem ostendit , ita & hoc se præbet facile atque obsequens iis qui genio ac voluptatibus indulgent ; item non secus maximum facessit negotium iis qui à virtutis ad virtutes deficere volunt , atque ille in eos insurgit , qui ex inferno exire tentant . Et ad hanc fortasse significationem Virgilius lib. VI. Aeneid . respexit cum fingit belluam hanc Aeneam , hominem scilicet omnibus virtutibus insignitum , primo ingressu allatram : quod contrarium videtur iis , quæ de eadem Hesiodus aliique scriperunt , qui volunt eam ingredientibus ab blandiri , sed nihil est inter eos discrepantia , si rem suis momentis velimus expendere : nam qui ad inferos descendit , hoc intellectu , ut vitiorum cœno sese ingurgitet , is Cerberum in aditu ostendit , qui miris modis ipsum demulcent , hoc enim corpus animi libidinibus magnopere acquiescit , ac oblectatur : quod tamen acriter reclamat , si quis à tantis sordibus resilire velit . Qui vero infera loca adit ,

Q 2

queim-

quemadmodum Æneas, Fecisse singitur, ut, scilicet vitiornm turpitudine considerata, vehementer ab omni scelere abhorreat, ac virtutes summo studio sectetur, is Cerberum habet adversarium; hoc est appetitus magnopere repugnantes sentit, qui se ab instituto ad virtutes, cursu quantum potest, retardet. Eadem ratione à Poëtis est fictum Herculem inferos penetrasse, ac inde victum Cerberum secum astraxisse, quia is prudentem hominem referebat, qui sensus hos corporeos nationis vinculo ita constringit, ut secum ex inferorum vitiis facile educat, atque per virtutis semitam eos ambulare compellat: è contra vero de Pirithoo fertur, eum, cum ad infernum descendisset, ut uxorem à Plutone abstraheret, qua cum libidine, suas exploreret, à Cerbero interfactum fuisse: qui enim se in foedis voluptatibus immergit, fere nunquam emergit, sed illis lenaciter adhaerens, tandem obruitur. Haecataeus Mileius ut Pausanias in Iaconicis refert, quæ de Cerbero narrantur, figmentum esse testatus est; nam in caverna quæ erat in Tænaro promontorio unde ad inferos descensus patere putabatur, immanem ac teturum serpentein lustrum habuisse refert; qui sit idcirco inferorum canis dictus, quod quem mortuus impetrasset, subita eum venenivimori statim necesse esset: eum serpentem ab Hercule ad Enrysium pertractum. Homerus vero (is enim primus Ditis canem, quem Hercules extaxisset, appellavit) neque nomen ei proprium imposuit, neque de ejus figura est quidquam fabulatus: posteriores & Cerberum appellantur, & cum, cætera canis similem, tria dixerunt capita habere. Sed de Cerbero haec tenus. Nunc ad Plutonem postliminio redeamus; quem Schœa in Hercule furente ita describit:

*Superbo digerit vuln' sedent*

*Animas recentes: dira majestas Deo:*

*Fronstorna; fratr' que tamen specimen gerat;*

*Gentisque tanta: vuln' est illi Jovis.*

*Sed fulminantis: magna pars regni crucie*

*Est ipse dominus, cuius aspectum timet*

*Quidquid timetur.*

Huic veteres quadrigas tribuere, quas equi quatuor atrii, & naribus igneis spirantes trahunt: quatuor equos Claudiænus lib. I. de Raptu Proserpin. recenset. Sed Buccatius lib. ix. tres tantum nominat, cursumque tres etiam rotas habere dicit; quod ad difficultatem, atque pericula, quæ experiuntur ij, qui divitias parant, & ad futuros rerum eventus incertos refert. Plutonem enim interdum Divitiarum Deum posuerunt: licet Græci alium quendam diverso nomine appellatum divitiis præponerent, quem Plutonem dixerunt; qui à Plutone saltem effigie differebat; nam Aristophanes in Comœdia, quæ Plutus inscribitur, cum cæcum representat, a Joveque ex-

ca:ca-

*Plutoni*

*Quadrigæ:*

*Divitiarum*

*Deus,*

*Plutus,*

exeatum dicit, ne viros probos, modestos, doctosque cognosceret. Lukanus etiam in Timone eum cæcum, claudum, interdum lectica vectum, aliquando pedibus celerem facit; nam dum divitias malis hominibus clarigitur, velocem se ostendit; sed cum ex eis aliquid probis imperat, mirum quam sit segnis & lentus: quod etiam est Fortunæ proprium. Itaque Pausanias in Bœoticis laudat eum, qui Plutum in manibus Fortunæ posuerit, tamquam ejus matris, atque nutricis: neque minus prudenter fecisse Cephedotum statuarium dicit, qui Pace in Atheniensibus fecerit, Plutum in sinu habentem; pax enim divitias conservat, quas bellum dissipat. Plutarchus scribit, apud Lacedæmonios Plutum cæcum, atque jacentem esse effectum. Rhodij, ut Philostratus in Imaginibus refert, eundem videntem, alatum, ac inauratum habebant; & arcis suæ custodiæ præfecerunt: est quidem volucris pictus, ut è nubibus, ad eos descenderit; aureus autem est, ob materiam, in qua eis primum est visus, pictus est & oculatus, ad eos enim ex providentia accessit: dicunt enim in ortu Minervæ Rhodiis aurum depluisse; quod & apud Claudiutanum in Paneg. Stiliconis legitur. Quod ideo factum fuisse, idem Philostratus narrat, quod Rhodij Minervam eximio cultu prosequabantur; sed ei non quemadmodum par erat, *Aurum pluri-*  
*via delata-*  
*cælitus aurum depluit, non autem Minervam demisit; quæ ad Athenienses,*  
*ut sapientiores, ritque sacrificantes profecta est; nam iij in sacrificiis igne*  
*utebantur. Plutoni crupressus erat lacra, è cuius foliis, ac ramis ei fertum*  
*contexebatur; erat enim arbor infasta, cuius usus in funeribus plurimus*  
*erat: aut, quod semel abscissa, nunquam amplius germinat; aut, quod*  
*juxta Varronis sententiam, rogos hoc signo olim circundarent, ne teter ni-*  
*dor ex concrematis cadaveribus circumstantes offenderet. Apud veteres*  
*enim erat in more positum, ut propinqui ac amici funus ad locum, ubi erat*  
*cremandum comitarentur; ubi ad præsica modos omnes flebant, ac la-*  
*lamentabantur: hac autem erat mulier pretio conducta, quæ mortuum*  
*maxima qua posset voce defleret, ejusque egregia facta prædicaret; nemo*  
*autem inde recedebat, quoad cineres urna non essent conditi; præsica voce*  
*Narcissus  
*flos.**  
*præcente; Ite; dimissio est. Adianto etiam herba Pluto legitur coro-*  
*natus. Fuerunt qui narcisso ejus caput adornarint; hic enim flos mortuis*  
*gratus esse credebatur; fortasse propter adolescentem quendam, hoc no-*  
*mine vocatum, qui moriens in hunc florem dicebatur mutatus. Quare ex*  
*codem Furis ferta contexebant, quemadmodum Phornutus refert.*

*Furia autem Plutonis administrâ putabantur: ex inferisque in terras e-*  
*mergere aliquando, sunt credita, ad pœnas à mortalibus suorum flagitorum*  
*exigendas, aut eos ad alia pejora scelerâ impellendos: tres ea numerantur,*

Q. 3

Alecto

Averruncos  
et Dil.

*Alecto scilicet Thysphone ac Megara.* Eadem ab antiquis colebantur, magis ne obessent, quam ut prodeßent; quo cultu olim etiam Deos Averruncos prosequabantur, ut scilicet mala averterent: averruncare enim est avertere. Ea de causa ut Pausanias in Atticis meminit, furiis Græci sacrificabant. Furiae ergo fana, ac ara apud veteres, sicut & cæteri Dei habuerunt eas Athenienses *στρυγεῖς θύεις*, hoc est severas Deas, Siconii vero *εὐενθύεις* id est à contrario sensu, benevolas ac mites appellabant: iis quotannis die statu sacrum facientes, prægnantes oves mactabant, ac mulso pro libamentis, pro corollis floribus uti, solemne habebant. Alicubi etiam in Achaja Eumenidum famigerat dedicatum; eo si quis cæde vel quovis incesti, aut impietatis genere pollutus intravisset, spectandi causa, statim eum mente capiendum diris terroribus exagitatum credidere, quare omnibus etiam alio contendentibus templi aditum interdictum fuisse, scribit Pausanias in Achaicis: qui etiam Arcadiam describens, narrat in quadam ejus regionis parte, templum atque agrum Deis maniis consecratum fuisse; quas is furias fuisse arbitratur; nam hoc in loco ob matris cædem Orestem insanivisse tradebant; itemque non longe ab eo fano terræ agger surgebat; è lapide excisum digitum insigne prætendens; unde & illi tumulo digitus monumentum nomen est, ibi furentem Orestem tradebant, manus digitum abrofisse, prope erat & alter tumulus Ace nomine; quod ad eum insanæ medelam Orestes natus fuerit. Et illic erat alterum Furiarum templum: has Deas Oresti, cum primum est mente captus, nigras obvias factas memorant; easdem cum digitum addidisset, albas apparuisse, & earum aspectu statim illum ad se rediisse; idcirco iis quarum effugit iram, in furias misisse, posterioribus vero rei divinam fecisse dicitur: ac candidis quidem Deabus & Gratiis pariter incolas postea facta fecisse idem Pausanias refert, Cicero lib. III, de Natura Deorum de Dea Furina luco meminit, quam Furias esse vult. Earum serpentibus esse crinem implicitum, primus omnium finxit Aeschylus, Quemadmodum in Atticis refert Pausanias. Itaque Seneca in Hercule furente ita

*magno 43<sup>a</sup>. Junonem dicentem facit, cum vult furorem Herculi injicere:*

*Incipite famulae Distis, ardenter incite  
Concute pīnum, & agmen horrendum anguibus  
Megara ducat atque lūtifica manu  
Vastam rogo flagrante corripiat trabens.*


Dantes in Comedia de inferno dicit, se, cum in imo inferno esset oculos ad quandam turrim erexisse.

*Apexit diras ubi tres residere sorores;  
Fæmineum quibus os, facies respersa cruore  
Tortis cincta hybris, redimita tempora savis.  
Angubus & crines quibus ornauere cerasta.*

Fiz

*Imago.43.*





Hæ quales in reliquo essent, ex Strabone colligi potest, qui lib. iv. Cassiteridas insulas describens, inquit, homines ibi habitantes fuisse colore fusco, tunicis ad talos demissis, cingulo pectus incinctos, baculosque manu gestasse, Furiis persimiles. Suidas etiam de Menippo Cynico refereens, qui insania captus, se inferorum ministrum esse dictabat, seque huc ab infernis Deis allegatum, ut hominum facta exploraret, ac adipios de cunctis referret, eum Furiarum habitu usum scribit; nempe veste nigra, ad talos usque demissa non admodum lata, fascia incinctum, pileum gestantem, in quo duodecim Signiferi signa erant expressa, tragico cothurno calceatum, manu fraxineum baculum tenentem, prolixa barba, qualis philosophorum solebat esse: quæ nihil ad furiarum habitum faciebat, sicut nec pileus. Itaque vestis illa nigra, ad terram usque protensa, fascia, ac baculus in Menippo, juxta Suidam, Furiarum habitum adumbrabant, quemadmodum etiam Strabo paulo ante depinxit.

Ariadna cum sc̄ à Theseo solam in littore relictam vidisset, qui clam cum Phædra profugerat; multum, diuque misera est de sua acerba fortuna conquesta; deum ad Furias conversa, ab eis contra perfidum illum, ac proditorem ultionem exposcit apud Catullum in poemate de nuptiis Pelei, & Thetidis.

*Quare sacta virum multantes vindice pæna  
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo,  
Frons expirantis preportat pectoris iras,  
Huc, hic adventate, meas andite querelas.*

Perinde atque nemo melius eis ab illo pœnas impietatis reposceret; cum nihil magis homines excruciet, quam mœris perturbationes, ac morbi, cum à ratione animum abducunt. Neque quidquam aliud intelligendæ sunt Furiae, quæ à Poëtis homines vexare dicantur: quare de eis Lactantius in Divinarum Institutionum Epitome, *Tres inquit affectus, vel (ut ita dicam) tres Furia sunt, que in animis hominum tantas perturbationes ciunt: Ira quæ vindictam cupit: avaritia, quæ desiderat opes: libido, quæ appetit voluptates.* H̄i non per se mali sunt, quos Deus homini rationaliter inseruit: sed cum sint utique natura boni (quoniam ad tuendam vitam sunt attributi) male utendo fiunt mali. Ira igitur ad coercionem peccatorum, id est, ad regendam subiectorum disciplinam, data est à Deo, ut metus licentiam comprimat, & compescat audaciam: cupiditas ad desideranda & conquirenda vita necessaria tributa est: Libidinis autem affectus ad procreandos filios insitus & innatus est. Redigendi sunt ergo isti affectus intra fines suos, & in viam rectam reducendi. Si enim illis omnem, qua velint, vagandi licentiam tribuimus, omnem mentis tranquillitatem, Furiis immisssis, perturbant. Furias antī qui cum ardentibus facibus effingebant, ut hoc intelligeremus

qui-

quibus ardoribus nostra pectora depravati affectus inflammat; ut melius  
in Tisiphonis imagine videbimus,

*Centum illi astantes umbrabant ora Cerasa,  
Turba minor diri capit is : sedet intus ab actis  
Ferrea lux oculis : qualis per nubila Phœbus  
Atracia rubet arte color : suffusa veneno  
Tenditur, ac sanie gliscit cutis igneus atro  
Ore vapor : quo longasitis, morbique famesque,  
Et populis mors una venit, riget horrida tergo  
Palla; & cerulei redeunt in pectore nodi.  
Atropos hos, atque ipsa novat Proserpina, cultus.  
Tum geminas quatit illa manus; hac igne rogalit  
Fulgurat; hac vivo manus aera verberat hydro.*

Et Ovidius lib. iv. Metamorph. cum singit eam à Junone ad furorem in  
Athaimantem injiciendum missam; ita eam describit;

*Tisiphone canos, ut erat turbata, capillos  
Movit, & exstantes dejectis ab ore colubros.  
Nec mora Tisiphone madefactam sanguine sumit  
Importuna facem, fluidaque cruore rubentem  
Induit pallam, retroque incingitur angue  
Egrediturque domo; Luclius comitatur cunctem,  
Et Pavor, & Terror, trepidoque Insania vultu.*

Quare Furiae non solum operam Plutoni dabant, sub cujus ditione erant,  
sed Junoni quoque ac Jovi; qui jus aliquod in inferos habere videbantur.  
Itaque uterque interdum Infernus, ac Stygius à Stygia palude, quæ Inferorum  
regionem dicitur ambire, appellatus est; per cuius aquas Poetae fabu-  
lantur, Deos jurasse; perjuri autem eam fuisse peccatum, ut annum divinitate  
se abdicaret, ambrosia, nectareque privaretur. Id paludi Stygia tributum  
ferunt, ut Dii per eam jurarent, quod Victoria ejus filia in bello contra Gi-  
gantes à Jove steterit. Vel potius id confictum est, quod siyos mœrem  
significat, à quo Dii longissime recedunt, qui sempiternis fruuntur  
bonis; perinde atque per id jurarent, cujus penitus sunt expertes.  
Hæc palus infernum dicitur circumdare, nullibi enim major mœstitia  
reperi potest. *Ibidem Lethe, Achæron, Phlegethon, Cocytus, aliisque fluvii  
esse discuntur*, qui luctum, tristitiam, aliasque hujusmodi animi pertur-  
bationes significant, quibus perpetuo illic inclusi afficiuntur. Sed Plato-  
nici ea volunt in' hac vita contingere; hunc enim mundum infernum  
vocant, in quem animum tunc dicunt descendere, cum huic mortali  
corpori conjungitur, ubi primum ei Letheus fluvius occurrit, cum sci-  
licet rerum præcedentium oblivione capit; ex hoc ad Achærontem transit,

qui

qui letitia privationem significat; animus enim, res cælestes oblitus, omni statim voluptate destituitur, quam in illarum contemplatione sentiebat. Itaque est in maxima mœstitia; & id sibi vult, eum palude Stygia circumdari. Ex quo in luctu, atque lacrymis versatur, quas Cocytii nomen repræsentat. Phlegeton autem, cum ab igne nomen trahat, iræ ardores aliorumque animi morborum æstus, quibus in hoc corpore incendimur, atque torquemur, designat. Idem ministerium Furiis tribuitur; quibus Virgilius alas addit, easque præsto Jovi esse dicit, cum eas ad magnum aliquem mortalibus terrorem incutendum velit allegare; cujusmodi sunt bellum, perflis, aliisque id genus. Aelianus turtures scribit, Furiis suisse consecratas: nec aliud animans earum proprium reperio, præter quod Virgilius lib. XII. Aeneidos, unam ex iis in noctuam fingit conversam, cum à Jove ad Turnum cum Aenea pugnantem perterrefaciendum mittitur. Aliqui tribus predictis Furiis quartam addunt, nomine Lyssam; hæc rabiem significat. Unde Euripides in Hercule furente, Irim inducit Junonis jussu Lyssam adduceret, quæ Herculi furorem ac rabiem injiceret: hæc centum serpentum capitibus sibi lautibus caput incinctum habere, manu vero stimulum gestare finge- batur.

Furiis non incongrue Harpyias adjunxerimus; nam & hæc olim à Diis immitti credebantur, ad hominum scelera punienda: & eorum sedes erant in inferno: quamvis Virgilius in Strophatis insulis, quæ sunt in Jonio, habitasse dicat. Sed tamen ad earum imaginem designandam, pa- rum referre puto, ubi itandem illæ degissent. Ita vero à Virgilio describun- tur lib. III. Aeneid.

*Virginei volucrum vultus, fædissima ventris  
Proluvies unceque manus, & pallida semper  
Ora fame.*

Dantes etiam ad Virgilii exemplar easdem ita adumbravit;

*Hac loca monstrâ colunt Harpyia pessima, quondam  
Quæ Strophadis à se pulsos Troas cecinere  
Tibridis ad ripas vexatum iri fame dira.  
Virginei volucrum vultus, collumque, capillique;  
Immanis venter plumis contextus; acerbos  
Dant gemitus ramis harentes arboris alæ.*

Ex Harpyis Ovidius lib. VI. Fastorum vult Striges natas, quas ita designat;

*Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinis,  
Canicies pennis, unguibus hamus inest.  
Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes,  
Et vitiant enim corpora raptas suis.*

## DEORUM QUI AB ANTIQ.

*Carpere dicuntur latenter viscera ostro:*

*Et plenum poto sanguine guttur habent.*

Statius eas fabulatur in inferno natas, ac eis faciem, collum, pectusque muliebre, serpenteisque à capite in vultum descendentes tribuit: eas etiam dicit, noctu per domos evantes, ut infantum sanguinem exsugant. Quare antiqui Deam Carnam, seu Cardineam, de qua superius diximus, sacrificiis placabant, ut hanc à se calamitatem averteret. Plinius lib. xi. fabulosum arbitratur de Strigibus, ubera eas infantium labris immulgere; fuisseque dicit in maledictis apud antiquos hoc nomen: sicut & nos mulieres maleficas strigas appellamus. Nonnulli voluerunt Lamias idem apud Græcos sonare, atque Striges apud Latinos. Sed Philostratus in Apollonii vita dicit, Lamias esse Cacodæmonos perversos sane crudeles, ac Libidinosos humanarumque carnium devoratores: Suidas atque Phavorinus Lamiam mulierem formosam fuisse tradunt, quam Jupiter adamavit, & ex ea filium suscepit: Sed Juno præ Zelotypia filium perdidit, & Lamia præ mœrore deformata alienos infantes rapere ac perdere dicebatur. Non defuerunt qui eas bellugas fuisse dicerent, facie muliebri, ac pedibus equinis. Sed Dion in Libyca historia hæc de Lamiis scribit;

Facies est eis mulieris, & formosæ quidem ubera ac pectora longe pulcherrima, quæ neque melius pictor possit effingere: color splendidissimus; gratia quædam & venustas ab oculis & mansuetudo in animum incidit, quoties aliquis eas spectat, reliqua pars corporis dura & infrangibilis ob squamas confertas, inferiora sunt serpentis, ut ima pars in caput definat serpentis & quidem horribilis. Hæ feræ alas non habent, neque loquuntur, neque aliam vocem emittunt, sed solum Sibila acutissima quemadmodum Dracones terrestrium omnium hæ velocissimæ, ut nullum possit eas animal effugere. Cætera quidem animalia viribus expugnant homines: Hæ solæ fraude ac deceptione pectora aperiunt, & ubera ostentant: (quod & Hieremias Propheta confirmat, cum dicit, sed & Lamiæ nudaverunt mammas suas) cum vero quis aspergit, veneficiis quibusdam cogunt ad confabulationis desiderium & hic quidem veluti ad mulieres accedit; illæ intrepidae manent, deorsum in humum sæpe respi- cientes, ornatum ac pudorem mulieris imitantes atque ita eum qui proprius accesserit, rapiunt; namque manus sunt ferarum, quas aliquantis per occultant: cæterum serpens mordens, veneno interficit; cadaver ipsum comedit serpens, & quod reliquum est feræ, sed de Lamiis satis.


Jam ad Sphingas venio quæ sunt monstra, non admodum præcedentibus dissimilia, & partim fabulosa, partimque ad verum accendentia. Nam Plinius lib. VIII. eas scribit fusco pilo mammis in pectore geminis in Aethiopia generari, Albertus Magnus de animalibus scribens, eas inter limias connumerat,

Lamia.

Imago 44.2

*Imago. 44*





## COLEBANTUR IMAGINES.

merat, ex cuius verbis conjiciamus licet, eas esse Cercopithecos. Sed tamen aliter de iis Poetæ loquuntur: à quibus postea pictores & statuarii exemplar desumperunt: nam ii ut Aelianus refert Sphingem ita effingunt, ut media ejus pars mulieris speciem præferat, media Leonis, ita enim fabula quæ de Thebis narratur eam describit, ubi illa erat; & scopolō insidens, viæ immixenti, insolubilia ænigmata transeuntibus proponebat, & quotquot dissolvere non poterant, unguibus & alis interficiebat. Ejus ergo imago secundum fabulas hæc erit, ut caput manus & pectus puellæ, alas avis, reliquum corpus leonis habeat, ut ex quibusdam Ausonii Poeta carminibus intelligimus, Plinius lib. xxxv. scribit alicubi in Egypto Sphingem effictam, vel magis mitrandam, quasi silvestre numen accolentium: fuisse autem laxe naturali elaboratum, & Lubricam capitum monstri ambitum per frontem centum duos pedes colligere longitudinem pedum cxxiii. altitudinem à ventre ad summum apicem in capite lxii. Neque hic de Chimæra Silvero, quod quidem monstrum est penitus fabulosum id: (Juxta Homerii ac Lucretii descriptionem.

*Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimæra.*

Ex ore maximam flamarum vim evomiebat; quod & Virgilius testatur, cum  
eam lib. vi. Aeneid. in primo inferni aditu, una cum aliis monstribus collocat.  
Sed res ita se habet. Mons erat in Lycia ignivomus, in cuius cacumine Leones  
habitabant; in medio autem ubi pascuis abundabat capræ, in radicibus autem serpentes. Et quoniam Bellerophontes montem hunc habitabilem redidit, Chymaram fingitur occidisse. Huc multorum malorum descriptio,  
quæ ad Sygiā familiā pertinent, non incommodè referri potest. Sed tamen,  
quia alibi opportunius tractari possevidetur, ea ad alium locum reservo. Quare illis omissis ad Parcas venio, quæ ab antiquis in Divos relatæ sunt, & templæ ac altaria obtinuerunt. Haec tres fuerunt, Plutonique suam navabant operam,  
ut earum una apud Claudianum lib. I. de raptu Proserpinæ fatetur, cum Pluto-  
nem orat, ne bellum Jovi velit inferre; ita dicens;

*O maxime noctis*

*Arbiter umbrarumque potius, cui nostra laborant  
Stamina, qui finem cunctis, & semina præbes  
Nascendique vices alterna morte rependis,  
Qui vitam, lethumque regis.*

*Neque mirum est, Parcas Plutonis esse administrat.*

Nam ea vitam humanam quasi è colo ducere credebantur; quæ est brevis vel  
Diurna, prout corpus solidiori; aut infirmitori materia coagimentatum;  
Materiam autem Plato repræsentat. Eas antiqui tres fixerunt, quarum pri-  
main hominis generationi alteram vitæ, tertiam morti præfecerunt, nam quæ  
est inter eas adolescentula, colum tenet, ac inde pensa trahit; quæ est hac na-  
tu major, fusum tenet, quo fila colligit. Postrema anus collecta jam fila inci-  
dit, Quamobrem cum Poetæ mortem innuere volunt de filorum incisione inci-  
minerunt, ut Martialis.

R. 2

R. 2

*Ruperunt tetrica cum mala pensa Dea,*

Fulgentius Plutoni Parcas tribuit; earum enim vis in res has inferiores dominatur; diximus autem superius, Plutonem terræ esse quoque symbolum. Varro, ut extat apud Agellium lib. III, nomina Parcis antiquos ait secissem à pariendo, & à nono atque decimo mense, nam Parca inquit immutata litera, una à partu nominata; item nona & decima à partus tempestivitate tempore, sed quia qui natus est, mori quoque debet, earum tertia Morta fuit appellata à morte, quam ea homini credebatur afferre. Hanc Pausanias in Eliacis prioribus describit, cum de Cypseli Arca narrat, ita dicens. Hic Polynicem in genua collapsum frater Eteocles urgebat, à tergo adfistebat scimina dentibus & aduncis unguibus quavis fera immanior. Testabatur inscriptio mortam illam Parcarum unam esse; & sati quidem vi Pollinicem succubuisse. Et eodem vero merito suo cecidisse. Quia vero multi philosophorum senserunt, divinam providentiam semel cunctas universitatis hujus res itsa disposuisse, ut nunquam amplius ulla ratione mutari queant: quandoquidem earum causæ ita inter se per seriem quandam sint connexæ, ut non possint non omnia necessario ab eis proficiisci; hinc sati nomen ortum habet, quod Poetæ sub Parcarum fictione adumbrarunt; casque tres constituerunt; nam omnia ex principio quodam prodeant, necesse est, ut per sua media progredientia, ad finem tandem, quo sunt destinata perveniant. Haec ex Chao emersisse singuntur; nam in prima illa omnium separatione; singulis sua proprie causæ tributaæ fuerunt. Sunt qui ex Heredo (qui est penitissima terræ pars) ac nocte eas natas voluerunt: ut ex patris matrisque obscuritate intelligeremus, quam difficile in caesarum cognitionem perveniamus, Plato lib. X. de Republica, eas necessitatibus filias facit; interque earum genua magnum illum fusum adamantium collocat, qui ambos polos attingit. Haec ergo juxta Platonis sententiam æqualibus inter se intervallis in Throno sedent, vestibüs albis, capite coronato & ad Sirenum Harmoniam canunt, Lachesis quidem præterita præsentia Clotho, Atropos vero futura: omnes fusum una cum sua matre Necessitate tractant. Clotho dextera, sinistra Atropos; ambabus manib[us] Lachesis Humanæ vitæ fata a Lachesi pendent, aliaque multa divinus hic Philosophus adiicit, quæ nunc non est explicandi locus. Earum matre necessitatibus atque violentia templum apud Corinthios dicatum esse Pausanias refert, quo nemini fas erat ingredi. Serta Parcis aliqui ex narcissis confe- runt; aliu candida falcia earum capita cinxerunt; quemadmodum Catullus, qui eas ita in Pelei & Thetidis Epithalamio ita describit:

*His corpore tremulure complectens undique vestis,  
Candida purpurea tales incinxerat ora,  
Et Roseo nivea residabant vertice ritra;  
Eternumque manus carpebantur laboreno.*

LXXX

*Morta.**Imago 45. a.**Necessitas  
Dea.**Parcarum  
corona.*

*Imago 45*







*Imago 46*



*François*

Imago 47



*Lavacolum molli lana retinebat amictam:  
Dextera tum leviter deducens fila supinis  
Formabat digites, tum prona in pollice torquens  
Librarium terci versabat turbine fusum.*

Homerus in hymno mercurii, Parcas tres Sorores virgines, alataisque facit, ac eas caput farina conspersum habere dicit. Apud Pausaniam est legere, Venerem a Cræcis inter Parcas adnumeratam fuisse, præsertim ab Athene. <sup>Imago 46.2</sup> niensibus, qui huic Dæx simul acrum ut Hermæ quadratum dicaverant, Epigramma autem indicabat cælestem Venerem esse, Parcarum natu maximam; de qua nihil fide dignum ait, ab Atheniensibus traditum. Hoc mihi in mentem revocat, Romanos olim in Libitinæ templo feretum repotuisse: cuius rei <sup>Venus inter Parcas.</sup> Plutarchus eam rationem affert, quod scilicet Libitina Venus esset, in cuius templo sepulcralia insignia custodirentur, ut nos humanæ vite fragilitatis admoneremur, cuius initio atque sini eadem Dea præcesset: Nam Venus generationis Dea credebatur: quare qui eam Parcarum maximam natu faciebant, proculdubio innuebant, eandem humanæ vitæ finem imponere. Possumus etiam dicere, id ecce referri, quod Parcae cælestes haberentur, licet Plutoni inservire essent dictæ. Itaque in quadam Græcia parte, altare erat Mærageti Deo dicatum, qui Parcarum Ducem significat, Pausanias scribit, id certissime Jovis esse cognomen; is enim solus Parcas in sua potestate habere creditus est. Eadem fortasse de causa, eundem Deorum scribam dicunt; tanquam ejus <sup>Deorum scriba,</sup> esset munus, Deorum voluntatem, sibi cognitam atque perspectam litterarum monumentis commendare, ut suo tempore eam exequendam curaret. Petrus Appianus in lib. Antiquiorum refert, in Sliria non diuadmodum plumbeam laminam refertam fuisse, ubi circulus ductus est, intra cuius ambitum adolescens quidam nudus supra parvum sedile sedet, qui utraque manu oculos, faciemque contegit: Epigramma supra caput, est Clotho: ad pedes est puer a'atus nudus quoque, qui dextera manu genu dexterum tangit; sinistra hominis calvaria inhæret, quæ in ore transversum ossum habet; puero est inscriptum nomen *Lachesis*, calvariæ autem *Atropos* à pueri dextera non admodum longe ab eo, ardens flamma videtur existere; prope adolescentem hec ba, cum quibusdam floribus cernitur; reliquum solum est aridum, axis hinc inde conspersum. Sed ut tandem Stygiæ familiæ finem imponamus, nunc de Naviculario videamus, quem ferebant, animas mortalibus corporibus exsutas, Achærontem fluvium transportasse, non tamen omnes, sed eas, quæ Deum infensum haberent; ut Dantes Virgilium sibi narrantem in- <sup>Imago 47.2</sup> ducit.

*Scito animas, quarum divinum hand numen amicum,  
Vtia omnes Stygias huc undique tendere ad undas.*

## DEORUM QUI AB ANTIQ.

Sed tamen antiqui absque ullo discrimine omnes illuc confluerent assertabant, licet non omnes eodem modo ulteriore ripam transveharentur; quemadmodum ex Virgilio lib. VI. Aeneid. intelligimus; nam et tantum statim fluvium transmittebant, quarum corpora sepulturam essent acta; sed si ea adhuc insepulta jacerent, centum errabant annos, antequam Charontis navim ingredierentur. Charontem Seneca in Hercule furente ita designat;

*Hunc servat amnem, cultu & aspectu horridus,  
Pavidosque manes squalidus gestat senex.  
Impexa pendet barba; deformem sinum  
Nodus coercet: concava & squalenta gena:  
Regit ipse cuncto portitor longoratem.*

Exemplar autem à Virgilio lib. VI. Aeneid. est mutuatus; qui ita dicit;  
*Portitor has horrendus aquas, & flumina servat  
Terribili squalore Charon, cui plurima mentio  
Canicies inculta jacet: flant lumina flamma:  
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus:  
Ipse rasem cuncto subigit, velisque ministrat,  
Et ferruginea subvectat corpora cymba,  
Nam senior, sed cruda Deo, viridisque senectus.*

Ita etiam eundem Polygnotus expresserat quibusdam in tabulis, que apud Phocenses in Apollinis templo asservabantur; nam is in eo pingendo, Poetas antiquos sibi imitandos proposuerat, quemadmodum paulaniias in Phocaicis refert; qui etiam de quadam aqua meminit, ibi existente, quam pro Achæronte ponit, magnam quoque vim palustris arundinis infuse, & piscium potius umbras, quam pisces ipsos cerni scribit. Ioannes Bucatius hanc imaginem exponens, inquit, Charontem pro tempore capi, ut etiam Servius intellexit; hic est Herebi filius, qui arcum divinæ mentis consilium representat, a quo tempus, ceteraque universa sunt progenita. Ejus mater dicitur esse Nox; nam antequam tempus exsisteret, nondum lux erat; ideoque in tenebris est is generatus, ex tenebrisque natus est. Hic ad inferos relegatus est; nam cælestes tempore minime indigent, quemadmodum nos, qui infinitam orbis partem colimus; quare illis comparati, in inferno degere jure dicimur. Animas Charon ad alteram fluminis partem transvehit; nam nos statim in lucem hanc suscepimus, tempus ad mortem dicit; per fluviumque Achærontem transfert, qui gaudii privationem significat; nam vitam hanc transfigimus fragilem, caducam, miseriaramque plenissimam. Idem est quidem senex, sed tamen robustus; nam tempus numquam diuturnitate, suas vires amittit. Panno quadam atro, ac sordido coniectus est; nos enim, dum tempori sumus obnoxii, nullam fere cogitationem aliorum suscipimus,

Expositio  
imaginis  
Charontis.



*Imago 48*



pimus, præterquam terrenorum, quæ vilissima sunt, si cum celestibus con-ferantur; quibus tantum nobis esset inhiandum; sed tamen mortalis hujus corporis velum, quo induimur, ita nobis rationis lumen occultat, ut cæcuentes inferna hæc loca Oberamus, sensus, ac depravatos animi affectus tamquam duces sequentes. Quare minime mirum videri debeat, si sexcenta nos opprimant mala, statim atque in hunc infernum delabimur, hoc est, animi nostri mortalia corpora induunt; nam huc referri potest, quod Virgil. lib. vi. Aeneid. de malis, inferni portas obſidentibus fingit: Carmina ita ha-  
beant.

*Vestibulum ante ipsum, præmisque in fauibus Orei  
Lucis, & ultrices posuere cubilia Cure:  
Pallentesque habitant Morbi, tristisque Senectus,  
Et Metus, & malesuada Fames, & turpis Egestas:  
(Terribiles visu forma) Lethumque, Laborque:  
Tum consanguineus Lethi Sopor, & mala mentis  
Gaudia, mortiferumque aduerso in limine Bellum:  
Ferreique Eumenidum thalam, & Discordia demens:  
Viperemque crinum vittis innexa crudens.*

## MER CURIUS.

Inter fabulosos antiquorum Deos ita erant munera distributa, ut alii iudicis tantum proprium essent sortiti. Inter hos duo hoc officio fungebantur, ut Deorum essent nunci; Mercurius unus, qui Jovi operam *Deorum* suam navabat; Iris altera, quæ Junoni; non soli tamen; nam & Jovi in-*nunci*, terdum ministrasse legitur: sed tunc tantum, cum mortalibus bellum, pestem, famem, aliudve ingens malum annuncciaret. Mercurii autem opera in rebus latiis Jupiter utebatur; sed & cæteri Dii eundem sibi nuncium, cum esset opus, adsciscabant. Hæc fabula innuit, sermone id exprimi, quod mente, quæ divina est in nobis particula, conceperimus. Hunc veteres non so-*Mercurii munus*, lum nunciis, sed & lucris præposuerunt, quemadmodum is de se apud Plau-tum in Amphitryone.

*Nam vos quidem id jam scitis concessum & datum  
Mibi esse ab Ditis aliis, nuntius præsum & lucro.*

In libro Antiquiorum Petri Appiani, Mercurius imberbis effingitur, dibus parvis aliis supra aures affixis, nudus, nisi quod in dorso palliolum habe-*Caduceus* re videtur, dextera marsupium continet, quod supra caput Hirci jacet: Si-nistra vero Caduceum præfert; ad pedes Gallus & Hircus subest. Caduceus erat ejus insigne, qui initio erat virga quadam, ab aliis non differens, quam ab Appolline dono accepit, pro cithara munere, quod in eum contulerat, cum post boves subreptos, fœdus cum eo percussit. Itaque Homerus in hymno in Mercurium, Appolinem ita ei dicentem inducit;

*Image 15.2**Hans-*